

13

DISPUTATIO DUODECIMA,

A C T A ^{QVA}
S. A P O S T O L O R U M
EX Scriptoribus Antiquis,
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PATRIBUS EC-
CLÉSIASTICIS ET AUCTORIBUS CLASSICIS
GRAECO-ROMANIS ILLUSTRATA,

JOANNES CASPARUS
SANTOROCCUS,

Professor Ordinarius,

ET

CHRISTIAN. TRISCHMAN.

Schmalcaldensis,

Publicæ Dnn. Commilit. disqvistionis,
h.l.f. Die xiv. Januarii ccccix.
subjiciunt.

In Academia Marburgensi,
Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typogr.

VIRORUM
Plurimum Reverendo, Eruditionis
Theologica solidissima atque sincera pietatis laude
Præclarissimo,

DOMINO
NICOLAO Fürsner /
SERENISSIMI CATTORUM
PRINCIPIS CONSILIARIO ECCLE-
SIASTICO GRAVISSIMO, ECCLESiarum, QVÆ
IN HASSIA INFERIORI CHRISTO COLLIGUNTUR,
SUPERINTENDENTI MERITISSIMO, UT ET COE-
TUS AULICI CASSELLANI PASTORI PRIMA-
RIO VIGILANTISSIMO,

Patrono Suo obsequiosè Colendo,

Disputationem hanc

D. D. C.

CHRISTIAN TRISCHMAN.

I. N. D. f.

DISPUTATIO DUODECIMA,

Quā

ACTA S. APOSTOLORUM
ILLUSTRANTUR.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α. Ι.

VERS. IV.

Verſio Lat. Vulg.

Καὶ συναδίζομεν Θ., τα-
ῦγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσό-
λυμαν μὴ χωρίζεσθαι, αἷλα δέρεν, sed expectarent pro-
περιμένεν τῷ ἐπαγγελίᾳ τῇ misionem Patris, qvam au-
τῆλος, ἢν ἤπεισατέ με. distis (inquit) per os meum.

§. I

Osteaqvam haſtenus præcedentibus *Transfere*
Disputationibus septimā, octavā, *ad Disput.*
nonā, decimā & undecimā, lectiones
varian tes, ut & significatio-
nem participij ΣΥΝΑΛΙΖΟΜΕΝΟΣ,
(a) promissis nostris convenien-
ter, notavimus & examinavimus,
A restat.



(a) Confer. Disputat. VII. pag. 6. §. I.

DISPUTATIO XII.

ΚΕΦ. Α. Ι.

restat, ut TEMPUS & LOCUM, in qvo, & ad quem
τὸ ΣΥΝΑΛΙΖΕΣΘΑΙ acciderit, indicemus & expla-
nemus.

§. II.

Lightfooti Quantum ad TEMPUS aliquod certum deter-
sententia minandum spectat, conjicit (b) CL. LIGHTFOO-
TUS, necessariò respicienda esse verba Versūs sequentis
quinti, ὡν μέλα τοιλάς λεύκας ἥψερ, ex quibus verbis,
ut pronomen τάντας emphasis suam obtineat, deducit,
fuisse dies adhuc intercursuros ad Pentecosten. Nec tamen
in iis CLAR. AUCTOR plane subsistit, sed limitibus
quam artifissimis TEMPUS τῇ συναλίζεσθαι circumscri-
bit, dicendo, fuisse secundum diem quindecim istorum
dierum, qui festum Pentecostes antecedere solent, [qvos
vocat Κατάρρητος Πάσχα, Paras Pentecostes] in qvo, scilicet
die secundō, dicta congregatio Discipulorum cum Chri-
sto acciderit.

§. III.

Lightfooti Ita quidem CLAR. AUCTOR conjicit, sed, an
sententia rem acutetigerit, aut verisimiliter tetigisse videatur,
hanc plac-
cer.

(b) Verba LIGHTFOOTI hæc sunt: *Frequens est mer-
tio apud Magistros, de נסח הפסח, Paras Paschatis, & דרָשָׁת
צְרָעָר, Paras Pentecostes, &c.* Paras autem, ipsis litteris suis,
erat sicutum XV. dierum ante festum. Ita ut clavis XXXV.
diebus à Paschatis die secundo, inciperet Paras Pentecostes. Se-
cundus autem dies τῷ quindecim istorum, erat hoc anno. Dies
Dominicus, in quo ego fere conceperim, fuisse conventionem i-
fram, &c. Discipulorum inde ad Hierosolymam amandatos, illico ap-
pulisse intra sequens triduum. Vid. Lightfoot. Hor. Hebraic. in
Act. Apostolor. Cap. I. §. 4. l. Tom. II. pag. 686, 687.

Vers. IV. IN ACTA S. APOSTOL.

valde dubitamus; nam [1.] neque Luce [qui est Acto-
rum Apostolicorum scriptor] neque aliorum fide di-
gnorum testimoniis suam conjecturam confirmavit;
[2.] Sibi Ipse hac in re diffidit *Auctor*, dum nimis (c) *cu-
rioſum* existimat, TEMPUS illud, in quo τὸ συναλίζε-
δαι factum, intra spatium adeò angustum coarctare,

§. IV.

Ne igitur nimia curiositatis nomine suspecti sia-
mus, perinde nobis esto, quo die τὸ συναλίζεδαι pra-
cisè contigerit, quandoquidem, tacente *Lucā*, diem de-
finitum & certum nemo facilè divinare poterit, nec, si
quis fortè divinare cundem voluerit, pro oraculo con-
jecturam suam nobis invitis credendam obtruderet.
Quòdsi verò quid probabilius divinare vellemus, existi-
maremus potius, TEMPUS τὸ συναλίζεδαι contingere
diebus illis quadraginta ad finem vergentibus, (*) qvorum
intervallo durante Jesus Christus sese post resurrectio-
nem suam vivum cum multis signis certissimis exhibuit,
& non solum ab Apostolis, sed & ab aliis hominibus
conspexit fuit,

§. V.

Hactenus de TEMPOR E τὸ συναλίζεδαι. De Loco τῷ
Quantum ad LOCUM, in quo τὸ συναλίζεδαι factum, συναλίζεδαι.
nec de eo omnia satis clare constare videntur: alii e-

A 2 nim

(c) At, inquit Clar. LIGHTFOOTUS, Hor. Hebraic.
in Cap. I. Act. Apostol. ne coartemus rem intra spatium tam an-
gustum, & ne CURIOSI nimis simus circa ipsum diem, &c. Vid.
J. LIGHTFOOT. Oper. Tom. II. pag. 686, 687.

(*) Vid. Act. Cap. I. Vers. 3.

nim LOCUM τὸ συναλίσθαι intra Hierosolymam, allii extra ejusdem urbis portæ qværere volunt. Tentabimus itaque, & videbimus, qvænam sententia prævaleat.

§. VI.

Tὸ συναλίσθαι
non accidit Hierosolymis.
Quod τὸ συναλίσθαι acciderit Hierosolymis,
non apparet verisimile: etenim id ipsum συναλίσθαι,
ascensionem Jesu Christi in caelos proximè antecessit,
qvmadmodum ex collatione Versis quarti Capitis pri-
mi Actorum cum sequentibus, præsertim Versu nono
pater. Deinde Versu duodecimo ejusdem Capitis primi
Actorum, relatum legimus, Apostolos post ascensio-
nem Christi in caelos, Hierosolymam reversos fuisse, id
quod locum nullum habuisset, si congregatio ista, de
qua Versus noster quartus loquitur, qvamque scil. con-
gregationem modò dicta ascensio in caelos insecura est,
intra ipsa mœnia HIEROSOLYMITANA facta fuisse.

§. VII.

Objectiones
aliter senti-
entium ex-
penduntur.
Objicitur eqvidem ab aliter sentientibus, [i.] Je-
sus Christum Apostolis, & eis, qui cum ipsis erant, in
urbre Hierosolyma, (d) Luc. XXIV, Vers. 33, collat. cum
Vers. 36, apparuisse, sed aliud est apparere, aliud con-
gregare. De hoc, non de illo, loquitur participium
συναλίσθαι. Deinde, illa *apparitio*, Lucae XXIV, pri-
mò quoque tempore post resurrectionem accidit, hæc
autem

(d) Verba LUCÆ hæc sunt: *Et surgentes [scilicet duo
illi, qui in vicum Eumacut ibant] eo ipso momento, reversi sunt
in Hierosolymam; & invenerunt congregatos undecim &c, dicentes:
surrexit Dominus &c. Hac autem ipsis loquentibus, stetit ipse
Jesus in medio eorum, &c.*

Vers. IV. IN ACTA S. APOSTOL.

5

autem *'congregatio, Act. i. Capite, immediatè & proximè antecessit Christi in cælos ascensionem. Nec obstar, [2.] qvòd Christus συναλίζειν @, (e) denunciaverit Apostolis, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεις, ἀλλὰ περιμένειν, &c. quasi tum temporis Apostoli Hierosolymis unà cum Christo præsentes fuerint: nam non videmus, quid veter, verba ista, denunciariis Apostolis ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεις, ἀλλὰ περιμένειν, &c. interpretari hōc modo: justis scilicet Jesus Apostolos, ut illico concedant HIEROSOLYMAS, nec inde discedant, donec promissio nem Patris caelestis acceperint. Suffulcitur quoque hēc ipsa interpretatio à Versu sequente duodecimo, ubi expressis verbis relatum legimus; *Apostolos, peractā Christi ascensione in cælos, reversos fuisse HIEROSOLYMAS.* Ergo tum temporis, quo Jesus præcepit, μὴ χωρίζεσθαι ἀπὸ Ἱεροσολύμων, Apostoli non fuerunt HIEROSOLYMIS, & per consequens LOCUS τῆς συναλίζεις quærendus est extra urbem HIEROSOLYMA. Οπερ̄ ἔδει δέξαι. Q. E. D.*

§. VIII.

Cum itaque ex §. VI. & VII, patet, τὸ συναλίζειν vestigare factum esse extra urbis Hierosolymæ moenia, in tur locis τῷ vestigandum nobis incumbit, ubi locorum LOCUS dictæ illius congregationis, de qua versus noster quartus agit, exstet. Procul omni dubiō, situs illius LOCI, ubi τὸ συναλίζεις factum, quærendus est eodem in LOCO, ubi Jesus Christus in cælos ascendit: nam quemadmodum ex connexione, quæ inter Versum quartum ac no-

A 3

num

(e) *Act. Apost. Cap. I. Vers. 4. παραγγέλλω verti potest edico & interdicō. Henr. Steph. Thes. Orac. Ling. Tom. I. p. 22.*

num Capitis primi Actorum intercedit, haud tenere colligimus, ascensio Salvatoris in cælos, congregationem istam, cuius heic in textu nostro mentio insicitur, immediate exceptit, & consequenter τὸ συναλίζεσθαι eodem in LOCO, ubi Jesus in cælos ascendit, factum est, nempe extra urbem Hierosolymam, ad MONTIS OLVIFERI tractum, qui dictus est (f) BETHANIA, in quo traxi vicus s. oppidum BETHANIA ad Orientem in descensu ejusdem MONTIS situm à (g) Geographis depingi solet.

§. IX.

Dubia quædam circa situm Be-

thania sol-

vuntur.

Dubia, quæ circa situm BETHANIAE ex Acto-
rum Capitis primi versu duodecimo, collato cum Eu-

angel. Joannis Cap undecim. Vers. 18, emergere videntur,

tantæ difficultatis non sunt, ut solvi nequeant. LU-

CAS, Act. I. ¶. 12, refert, quod, cum Apostoli reverte-

rentur à LOCO [qui fuit BETHANIA, Luc. XXIV,

vers. 50, & 51.] ascensionis Christi, redierint à monte O-

livifero, distante Hierosolymis itinere Sabbathicō. BE-

THANIA autem, observante & annotante JOANNE

EVANGELISTA, Cap. XI. vers. 18, quindecim stadiis,

i. e. itinere Sabbathico duplicatō Hierosolymis distabat.

Vera

(f) Confer. LUCÆ Cap. XXIV. Vers. 50, & 51. cum
Vers. 9, & 12. Capitis primi Acto, Apostol.

(g) Vid. Itineraria Hierosolymitana, inter qua JOAN-

COTOVICI TRAJECTINI itinerarium Hierosolym. maxime

commendandum, pag. 261, seqq. Item d. LIGHTFOOT. Oper.

Tom. II. pag. 202. in Centur. Chorograph. Mattheo premissa. Ut &

RELANDI Palest. Tom. I. Lib. I. Cap. LII. pag. 339. Item Ejus-

dem Tom. II. pag. 629, 630.

Vers. IV. IN ACTA S. APOSTOL.

7

Vera hæc sunt omnia: nam, ut ex præcedent. §. VIII,
liquet, & certus quidam tractus MONTIS OLIVETI
erat BETHANIA, & vicus s. oppidum illud, in descensu
eiusdem MONTIS ad Orientem situm, vocabatur BETHANIA.
JOANNES per BETHANIAM suam intelligit vicum s. oppidum, qvod revera quindecim stadia, seu iter
Sabbaticum duplicatum ab Hierosolymis aberat. LU
CAS autem Acto. Cap. I. v. 12, collat. cum ejusdem
historia Evangelica, Cap. XXIV, Vers. 50, loquitur de
tractu, seu parte illa OLIVETI, qvæ itidem dicebatur
BETHANIA, cuius tractus prima fimbria unicō dun-
taxat itinere Sabbatico, vel etiam intra iter Sabbati, hoc
est ad septem stadia (prouti (*)) SYRUS Act. I. 12, inter-
pretatus est à pomoeris Hierosolymitanis distabat. Pa-
ret itaque, nullam planè discordiam inter Scriptores sa-
cros, LUCAM & JOANNEM intercedere, sed omnia
dubia bene & facillimè solvi posse, si nempe BETHA-
NIA à BETHANIA probè distinxerimus: qvicun-
que enim bene distinguit, bene docet. Audiendus est
ea de re (h) CLAR. FRANCISCUS BURMANNUS:
Locus, inquit, in ascensione &c. unde solveris quasi (scil.
Jesus) dicitur MONS OLIVETI, Acto. I. 12. Luca ve-
rò 24: 50, BETHANIA. Confer Act. I. 12 & Joan. II. 18.
Quod ita in concordiam redigè posse videtur, ut ascen-
dit Christus ex monte OLIVETI, eo nempe loco, quo ab
arbe

(*) Vid. Christoph. Cellarii notitia orbis antiqui. Tom. II. Lib.
III. Cap. XIII. pag. 548. Edit. Lipsiens.

(h) Vid. Francis. Burman. Synopsis Theologica. Lib. V. Cap. 23.
§. VII. pag. 138. quidam de libris & iustis obit or. synops. 3. 1. 1. 1.

urbe distabat per octo stadia (quantum juxta quosdam est iter Sabbati, Act. 1:12.) qui ejus tractus jam inde denominabatur BETHANIA, à palmis ibi consitis, usque ad XV. stadia, Joan. 11:18. sicut primus ejus tractus urbi vicinus appellabatur Bethphage, à grossis: cùm generale & commune nomen horum tractuum fuerit mons OLIVE. TI; ad quod nomen respicitur Act. 1:12.

§. X.

Congregatio Discipulorum ad Bethaniam II, mirum ad BETHANIAM, qui tractus ab Hierosolyma (i) itinere Sabbaticò tantùm uno distabat. Eiusq[ue] ab ipsa Judæa metropoli extendebat tractus ille, qui dictus est Bethphage: ac postquam Sospitator noster ad istum locum accesserat, in quo confinia Bethphagen[s]is & BETHANIENSIS tractus sese mutuo contingebant, in cœlos sublatu[m] est, atq[ue] forte[re] ipsissimo in loco, q[uo]d antea, Marc. XI, v. 1, asinum ascendit, ut in urbem Hierosolymam eqvitaret.

§. XI.

Quare Christus' montem Oliveti ele- Nec adeò mirum, q[uo]d Jesus Christus, qui ante crucifixionem in hoc ipso monte s[ecundu]m versatus fuit, etiam post resurrectionem, LOCUM congregatis

(i) Iter Sabbath, fuit juxta computum communem bis mille cubitorum. Targ. in Ruth, Cap. 1.16. Dixit Naomi τῇ Ruth: *יְהוָה יְהוּמֵר אֲלֹפִין לְלֶחֶם בַּר מַתְרִין אַלְפִין*, ad non eundum ultra bis mille cubitos. Confer H. Reland, Palæstin. Lib. 2. Cap. 1. Hi verò bis mille cubiti Hebraici efficiunt sex circiter stadia, uti quidam volunt, uti alii 7¹/₂, aut 8, de qua re vide laudati Relandi Palæstin. Lib. 2. Cap. 1.

Vers. IV. IN ACTA S. APOSTOL.

9

tionis Discipulorum, & ascensionis in cælos ibidem ha-
legerit ^{lē-}
bere voluerit. Et qvemadmodum (k) GETHSEMA-^{cum con-}
NE in monte Olivifero sita, LOCUS erat (1) passionis, ^{gregatio-}
ita idem mons postea fuit LOCUS ascensionis, ut ex-^{ſue & a-}
scensionis in
inde manifestum fieret, Sospitatoris passionem, ad glo-^{calos?}
riam cælestem, viam aperuisse. Adde, qvòd Judæi tradere
soleant, Messiam in OLIVETO versaturum esse pluri-
mum, id qvod, inquit (m) CLAR, LIGHTFOOTUS,
& veritati consonum, & rationi; nam, cùm primariam
ejus [Messix] sedem Hierosolymam futuram credant, non
posunt non tale qvid credere de isto monte. Et idem (n)
AUCTOR CLARISSIMUS huc refert id, qvod qvon-
dam MIDRASCH TILL. R. JANNA dixit: per tres an-
nos & dimidium stetit הַר אֲוִילָה Divina maiestas in monte
OLIVETI, & predicavit dicens: quarite DOMINUM,
dum ille est inveniendus; invocate eum, dum prope est.

ſ. XII.

Pedem hic figamus, oportet, postquam omnia ea, Disputationes
qvæ convenienter (o) Disputationi Septima, in vocab. ni duodeci-
tūvad: ζόμενοι exponere promisimus, pertractavimus.
Quod restat, jure meritoqve celebramus Salvatoris cu-
ram, qvippe qvæ ipsum de Apostolis, Ecclesiæ suæ Mi-

ma impo-
nitur cole-
phon.

B

nistris

(k) Vid. Hadr. Relandi Palestin. Lib. III. de Urbibus & Vi-
cis Palest. pag. 857.

(l) Qvod GETHSEMANE fuerit locus passionis, patet
ex Matth. Cap. XXVI. Vers. 36. & seqq.

(m) Confer. 7. Lightfoot. Oper. Tom. II. Centur. Chorogra-
phic. Mattheo pramis. Cap. XL. pag. 201.

(n) Idem ibidem.

(o) Vjd. Disputat. VII. Part. i. ſ. 1. pag. 6.

10 DISPUT. XII. IN ACT. APOST. KEP. A. I. ¶ 4.

nistris adeò solicitum reddidit, ut eosdem dissipatos post resurrectionem suam iterum CONGREGAVERIT, & CONGREGATOS rite informaverit, ut, qvos, & quales se se post discessum suum, & præbere, & præstatre deberent, cognoscerent. Qvōd si Apostoli, ut Pastores, irruptione (p) luporum territi, Christum tanquam (q) Archipastorem secuti fuerint, & coram ipso comparuerint; imò tanquam (r) milites morigeri, Christi Duciis Victoria dicto audientes extiterint, conveniet omnibus & singulis N. Test. Ministris, ut Apostolos hoc in passu imitentur, oves curæ suæ demandatas fideliter pascant, & pro Ecclesiæ salute strenuè militent.

(p) *Luc. Cap. X. Vers. 3. collat. Ezech. Cap. XXII. ¶ 27.*

(q) *Ioan. Cap. X. Vers. 14. Hebr. Cap. XIII. ¶ 20.*

(r) *Vid. Disp. XI. §. XVI. pag. 22. & 23.*

Finis Disputationis Duodecimæ.

M. O. Δ.


ANNEXA.

I.

*A*postolorum cum Christo congregationem (de qua scribit Lucas Act. 1: 4.) factam esse in monte regionis Galilææ, negamus.

II. *Vocab. Grac. Ἀγάθημα & Ἀγάθημα, significatio ne differunt.*

III. *Cujas fuerit Pontius Pilatus, disceptatur, Romanum autem fuisse, est indubium.*



7e 2511


ULB Halle
002 379 813

3



7300

VDCH VD18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

DISPUTATIO DUODECIMA,

A C T A ^{ad}
S. A P O S T O L O R U M
EX S C R I P T O R I B U S A N T I Q V I S ,
S A C R O - P R O F A N I S , M A X I M E E X P A T R I B U S E C -
C L E S I A T I C I S E T A U C T O R I B U S C L A S S I C I S
G R A E C O - R O M A N I S I L L U S T R A T A ,

J O A N N E S C A S P A R U S
S A N T O R O C C U S ,

P r o f e s s o r O r d i n a r i u s ,

E T
C H R I S T I A N . T R I S C H M A N .

S c h m a l c a l d e n s i s ,

P u b l i c æ D n n . C o m m i l i t . d i s q u i s i t i o n i ,
h.l.s. D i e x i v . J a n u a r i i C I C I C C X I X .
s u b j i c t u n t .

In Academia Marburgensi ,
Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI , Acad. Typogr.